Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Redde quod debes. Et pedens conservus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit missit eum in carcerem donec redderet debitum. Videntes autem conservi eius quae fiebant: contristati sunt valde. et venerunt: et narraverunt domino suo. Tunc vocavit illum dominus suus: et ait illi. Serve nequam omne debitum dimisi tibi quia rogasti me. Nonne et ego oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum. Et iratus dominus eius: tradidit eum tortoribus quoadusque redderet universum debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis. si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Off. Recordare mei domine dum veneris in regnum tuum dominatus da servo tuo ne tentum in os meum ut placeant verba mea in conspectu principis. Sec. Oremus. Adiutor noster deus. ut per salutaris oblatio. et a pravis nos reatibus indesinenter expediat. et ab omnibus tueatur adversis. per. Com. Dico vobis gaudium est angelis dei super uno peccatore poenitentiam agente. Sumpsimus domine sacramenta munera filii tui. Post. Mulier depecantes. ut quae in tua commemoratione nos facere praecepisti in mente perficiant. ut sanctificans animas. Dominica vicesima. Deus qui bonis cogitationes pacis et non afflictionis invocabitis me et ego exaudiam vos et reducam captivitatem vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terram tuam avertisti captivitatem iacob. Concede domine quaesumus tuorum fidelium. Or. Oremus. voluntates. ut divinum operis fructum pensis et sequentes tuae remedia mandata properant. per. Lectio. imitatores mei estote. ad philippenses. Fratres et observate eos qui ita ambulant sicut

1 precatus